Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35145
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



quia quantum ad substantiam eterne diuini
tatis eius pertinet. a seipso est quod est. et non
ab alio. Credimus et vnigenitum filium eius
ihesum xpm dnm nrm qui qd est. idest in
eo quod deus est consubstancialis et coe
ternus per omnia est illi. Inquantum autem filius dr
et est a patre habet esse quod est. quia lumen
est de lumine. ueritas de ueritate. deus de deo
quem apostolus paulus dei uirtutem deique sapientiam
predicat. quem pater in fine seculorum in hunc
mundum misit. quia pro redimendis hominibus
eum incarnari constituit. T. R. Bene
dicat nos deus ds nr benedicat nos ds. Et metu
ant eum omnes fines terre V. Ds misereatur nri
et benedicat nos deus. Et metu. Lectio secunda.
Pater enim solus missus non legitur. de filio
uero ita scribit apostolus. Cum autem uenit ple
nitudo temporis misit deus filium suum factum
ex muliere factum sub lege. ut eos qui sub
lege erant redimeret. Itaque cum ait misit
deus filium suum factum ex muliere. satis osten
dit eo ipso missum filium quo factus est ex
muliere. Quod ergo natus est de deo dei fi